

miditatem associant, incident, extenuant magis falsa,
quam acria, amara, & minori coagulandi suspicione.

Penetrantem ob humiditatem, quam immatura ha-
bent acida, dentes stupefaciunt: sensui inserviente ner-
vo, dentes cingente, acetbo ab humore infrigidato, stu-
por enascitur. Frigore torpere videmus partes. Frigore
stuporem emergere 2. de loc. aff. Galenus scripsit. Scri-
ptum reliquit Magister 2. lect. probl. 15. *Signum autem
stupor, siquidem perfrigeratio est.* Dentium stuporem à
sale curari 1. lec. probl. 37. Aristoteles docuit: liquefa-
cientem, absumentemque humiditatem sal obtinet, sub-
tili humiditate ista penetrante, stupefacentem acorem
illum absimit. Cinis autem, & calx sale cùm sicciora,
penetrant minimè: *stringit, & non liquefacit.* 1. lec. pro-
bl. 38. Aristoteles scriptus, ut dentium ad stuporem pro-
pellendum inopportuna dixerit Philosophus. Curat
dentium stuporem caseus, siccus licet sit, quia salitus.
Gelant dentes acria acida, quod humiditatem iniungunt
penetrantem, sensum tactus excedens uti sensibile
deualtantem, nimiuu expungentem: alia quæ vastare,
corrumpere tactum possunt, haudquam id peragunt,
quia cùm sicciora, humiditatem non iniungunt, perme-
antem: cùmque minus humiditatis iniungant pen-
etrantis, ad coagulandum quis siccra illa non pertimescat
aptiora? *Cinis autem stringit, & non liquefacit.*

Ex ijs, quæ vrinam mouent, quæ vretica sunt, mul-
tam habent humiditatem, exiguae admistam nitrositati,
ducent & menses, & urinam, vix incidendo, cùm pau-
cam habeant nitrolitatem, humiditate fluxibilitatem
impertiendo. Quæ diuretica sunt, incidentia, multum
habentia caliditatis, & siccitatis, si humiditatem quo-
que injungent, & menses promouebunt, & vrinam. Quæ
præcalida sunt, & sicciora, verè diuretica, fundendo
sanguinem, liquando, eliciendo humiditatem om-